

te interpellato et expectato sufficient non tollis indigeo dolio.  
quia sunt vindemie dicit rex. quod licet michi totum vinum effundere  
et tamen non licet tantum partem vini effundere. l. §. licet. ff. de pili.  
et como. rei ven. q. effundendo tantum partem de dolio ita parum me iu-  
uare possit ac si nichil effunderet. et ideo ratio ratio dicit tantum par-  
tem effundendam ergo si partem tantum effundero obligor emptori. et si  
totum effundam non tenebo licet rogatus possim bene dimittere par-  
tem et sic de alijs

**P**luralis locutio plura significat duorum. tamen numero certa est  
et pluralis li. vi. de re. iur. Quandoque autem plura significat geminati-  
ue in suas singulares sic quod quilibet singularis in vno solo verificat  
causam. Quandoque autem non geminative sic quod vna singularis per se non at-  
tendit sed ipsa pluralitas simul putat singulare includit vel quolibet  
bet aliud probabile medium. §. §. testator dicit lego Stichum et ticium  
si mei erunt cum moriar tunc altero alienato et altero non. iste non  
alienatus potest peti a legatario. licet enim vno pluralis sit oportet  
tamen accipi ac si separatim dixisset si Stichus meus erit cum moriar  
et si ticius meus erit etc. ut. l. falsi. §. si. ff. de obi. et demonst. Ratio  
bar. quia hec locutio respicit diuersos effectus et separatos. i. domi-  
nium legatarium in quolibet. et quia sunt duo serui distincti ita duo do-  
minia distincta et separata et sic separati effectus. Etiam ideo quod lega-  
ui quolibet nominatum et sic referre ad quolibet distincte et hoc ex  
fauore legati et testamenti. Sed ibi. testator duobus impuberibus in-  
stituit filijs suis dicit si vterque impubes decesserit ticium substituo.  
tunc si vnus morietur impubes substitutus non admittit vno et ad-  
mittat requirit vtrumque decessere in impuberi etate. l. penul. C. de im-  
pube. et ali. substi. Ratio bar. est ex dictione vterque que est collecti-  
ua Alij tamen dicunt quod fauore institutiois dicitur collectiua sumit  
distributiue. l. hoc ar. ff. de here. insti. modo omnis substitutio est  
ad dictionalis institutio ergo etc. et sic bar. in. l. heres. §. cum ita. ff.  
ad trebel. dicit quod in dicta. l. penul. vno filio moriente impubere re-  
manet alij filius testatoris qui ex presumpta voluntate excludit extra-  
neum substitutum ar. l. cum acutissime de fideiul. ideo vno moriente  
impubere non existit conditio substitucionis et sic de alijs exem-  
plis

**P**ollicitacio est solius offerentis promissio. ff. de polli. l. iij. et dif-  
fert a stipulatione et a pacto quod est duorum consensus atque con-  
uencio

**P**ossessio secundum azo. C. de acqui. et retin. en. pos. est corporat  
rei detentio corporis et animi et iuris amminiculo concurrente.  
xj